Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35436
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

bilia citius est ei furmentum co
medere bene mundatum cum aliquan
tulo salis et lardonis decoctum
et postmodum ad solem vel alibi
desiccatum ad quantitatem tercii in
mellarum vice quarum (?) bi
bat cottidie bis in die. Tale
enim furmentum satis nutrit et
reficit corpus equi. Et sic equus
de facili impugnatur vix velle
Item ad idem dentur equo stalmato
virides frondes salicum vel ca
narum quia mirabiliter conferunt
Item ad idem detur equo patien
ti ad comedendum secala parum
cocta et postmodum desiccata quia
talis habet inter cetera mirabi
liter restaurare et vermes qui sunt
in corpore equi occidere. Item ad idem
fiat minucio de vena colli in
parva quantitate. Deinde equus col
locetur in loco frigido temperato et
annona sibi competens tribuatur
et de hora in horam dentur ei
ad comedendum herbe super quas
de nocte ceciderit ros. Postea
pinduella (?) et frequenter minuatur
et vice qualibet parum de sanguine
extrahatur. Et si inspexeris in
aliquo vase sanguinem eius appa
rebit quasi crocens (?). De mane et
de sero ducatur ad locum in quo sit
gramen et ibi pascat ut natura
eius aliquantulum confortata ca
lor ad propriam temperanciam re
ducatur. Interdum incurabilis
est hec passio et maxime si

carnes et pili fluere et cadere in
cipiant. De equo pulsivo. C. xliii
Fit quedam infirmitas equo
in canalibus pulmonis
opilans eos ita quod vix equus
anhelitum emittere potest. Ex qua
equo contingit quedam naria (?) con
tinua et magna sufflacio et
crebra pulsacio iliorum. Accidit
autem levius (?) et magnis equis
pinguibus et repletis ex subito
multoque labore dissolvente
humiditates iuxta pulmonem
vel ad canales eius defluentes
et eos opilantes. Ex quo equus
in respirando impeditur. Provenit
etiam hec infirmitas quando statim
post cursum vel magnum la
borem equo potus maxime aque
frigide ministratur. Et in hoc
Bnarziones (?) qui equos custo
diunt multum excedunt quia ipsos
ante potum currunt ut post
cursum magis sitiat et plus
bibat. Dicitur autem morbus iste
vulgariter pulsivus et credunt
fore spem melioris. Provenit
autem ex humore pulmonis spiritum
agravante. Unde libere flatum non
potest emittere qui retentus aggravat
totum corpus et redundans ad
concavitatem illorum per proprios mea
tus ibi concluditur et maiorem
commotionem (?) operans illa pulsa
cione inducit. Cura valde dif
difficilis est et maxime si fuerit
inveterata. Et cum fiat morbus